vbi erat studiũ poetarũ.
Dictitet albano musas immote locutas
a vetustissima
Si quia grecorum sunt antiquissima quæque
poemata estimantur
Scripta vel optima: romani pensantur eadem
libra iudicio b
Scriptores trutina. nõ est. quod multa loquamur
affirmãt & negant omnia p libidine
Nil intra est oleam: nil extra est in nuce duri
maximũ
c
Venimus ad summũ fortunæ: pingimus: atque
grecis
d
Psallimus: & luctamur achiuis doctius vnctis
carmina poetarum
e prestat.
Si meliora dies vt vina poemata reddit
attribuet
Scire velim chartis preciũ quottus arroget annus
mortuus est
Scriptore: ab hinc annos centum qui decidet iter
consummatos estimari
Perfectos veteresq; referri debet: an inter
contemnendos terminus.
aliquis annorũ.
Viles atque nouos: excludat iurgia finis.
respondit aliquis romanus i
Est vetus atq; probus: centum qui perficit annos.
querit horatius
obijt.
Quid: qui deperit minor vno mense vel anno.
scriptores
Inter quos referendus erit: veteres ne poetas
inter eos contemnit
An quos & presens & postera respuit etas:
scriptores locetur
merito
Iste quidem veteres interponetur honeste
centum annis posterior
Qui vel mense breui vel toto est iunior anno:
concesso crines que vno ictu non potest
extrahi sed paulatim
Vtor promisso caudæq; pilos vt equine
aufero aufero tibi
Paulatim vello: & demo vnum: demo etiã vnũ:
quousq; cũmuli
a sententia sua
Dum cadet elusus ratione ruentis acerui
is scz libros annales diuturnitate.
benefacta
Qui redit ad festos & virtutem æstimat annis
laudandũ putat feretrum
f
Miraturq; nihil. nisi quod libitina sacrauit
poeta doctus in loquendo grandiloquus.
Ennius & sapiens & fortis & alter homerus.

a SI quia grecorum: SI romanorum poetarum ita quisq; optimus habetur: vt est vetussim⁹: q̃ hoc de grecis euenit

b NON est quod multa loquimur & c. Nõ est disputandum contra istos qui nullam afferũt rationem. Nam secundũ istos oleum non habet intra ossulum neq; nux extra se habet corticem. idest affirmant cuncta pro libidine. & ea que verissima sunt negant.

c VENIMVS ad summũ fortune & c. Recte quia multi nõ ob virtutem sed ob fortunã laudantur. Et illud maxime faciunt adulatores & dolosi amici: qui tantum cõsiderant hominis fortunam: mutata vero illa auffugiũt. Nam apud eos virtus nulli⁹ precii sine diuitiis est sed fortune: omnia attribuũtur que tanti roboris est si astutus sit artifex: vt venerandam legũ potestatem prosternat: mortalium sapientiã fallat. armorum vim. atq; potentiã frangat: artem decipiat: & omnẽ vigilantiam persepe confundat. Hanc summe ignaui pusillanimes atq; vecordes homines colunt: eo quod nulla virtutis fiducia mentis rigor illis sit: & sub honesto pallio laqueos versutias: decipulasq; semper gerat.

☞ d ACHIVIS doctius: Nam istarum omniũ artiũ palma conceditur: sed iste vt stulte laudant poetas a vetustate: sic falso preferẽt nos grecis in artibus quibus ipsi preualent:

e SI meliora dies. Acuta inquisitio. Interrogat enim si verum sit quod vetustiores meliores sint quotus annus erit qui faciat poetam veterẽ: quod si centesimũ dicas. Interrogat vlterius si sit minor vno anno. an inter veteres sit enumerandus. Tu concedas inter veteres quoniam anni spatiũ breuissima res est ad centum annos. ille autem minuet alium annum. Atq; ita paulatim minuendo reducet hũc qui estimat poetas ex vetustate ad breue spatiũ.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/horatius1498/0411
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg